

Postea: *Incipit prefatio Sancti Hieronimi presbyteri ad chromatium de expositione origenis in ihesu Naue.* Pro Hieronymo rescribe ejus *ἀνταγωνιστήν* Rufinum; is enim interpretus est. Textus harum Homiliarum collatus cum Edit. cit. a col. 396. minus correctus est. Praeterea fol. 88. p. 2. *Homil. IV.* rursus membrana nobis deperiit a verbis: *descendit de celo et dat huic* — usque ad verba *Homil. V. salutarem et suscipientibus sacramenta uerbi dei &c.*

## CCLX.

U. 82 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 47. 4. bene exaratus et rubricis distinctus, olimque a *Joh. Fabro* Ep. *Vien.* donatus Collegio suo ad *D. Nicolaum*, ut typis expressa Nota anni 1540. praemonet, orditur ab hoc Titulo: *Incipit Liber origenis de singularitate clericorum.* Initium est: *Emiseram quidem vobis ante tempus epistolam filii karissimi &c.* et finis: *Hec agite. et deus pacis et dilectionis erit uobiscum. Amen.* Dixi de hoc alias ad *Cyprianum*, alias ad *Augustinum* relato Opusculo *Vol. I. P. I. col. 827.* Adhaeret illi in Exemplo praesenti *Origenis* Locus in *Genesim*: *Nemo qui eger est animo et languidus in operibus — Opera namque sunt que commendant hostiam deo.*

II. fol. 18. *Incipit liber S. Hilarii ad constantium imperatorem tunc hereticum.* Sic: *Tempus est*

*loquendi. Quia iam tempus praeterit tacendi &c.* Adest *Additamentum* sumtum de *L. II. de Trinitate*, ut in *Exemplis* adlatis *Vol. I. P. I. col. 634.* et *seqq.* In Edit. *Maur. Paris. 1693.* habetur *col. 1237.*

III. fol. 24. *Ex epistola s. Hilarii transmissa ad constantium.* Non est Excerptum, sed integer Libellus, unde Librarius fortasse scribere debebat: *Exemplar Epistolae.* Incipit: *Benignifica Natura Tua Domine Beatissime &c.* et finit: *de se loquitur ipsa sententia.* Ut *Vol. suprac.* et Edit. *col. 1217.*

IV. fol. 25. p. 2. *ἀντιρρητικός* Ejusdem Libellus II. ad eundem. Incipit: *Non sum nescius Piiissime imperator que de nonnullis &c.* et finit: *ab ea iuxta ista non dissonans.* ut *Vol. suprac.* et Edit. *col. 1225.* Inscriptio miniata: *Liber II. Ejusdem Ad Eundem Quem In Constantinopolim ipse tradidit*, in Codice primum fol. 28. subpleta est. Subjuncti sunt his VII. Loci *Hilarii* promti ex ejus *LL. contra Auxentium, de Trinitate, et de Synodis.*

V. fol. 29. Excerpta numerosa ex Operibus *S. Ambrosii*, videlicet *de Spiritu s. Incarnatione, Fide, de Joseph, Bono Mortis, Apologia David, de Patriarchis, de Exequiis Fratris, de Paradiso, in Lucam.* Exemplar satis castigatum nactus erat ignotus Deflorator.

Fol. 47. Verficuli quidam, quorum en Specimina. *De Cruce:*

447

CODICES

448

*Quattuor hec ligna concurrunt in cruce digna.  
Cedrus cum palma, pariter cipressus oliua.  
Est timor in fundo, sed spes consistit in alto.  
Est amor in lato, longum cape fine beato.*

*Versus de matrimonio:*

*Vnus semper erit compatrum spiritualis,  
Alter carnalis; nec fallit regula talis.  
Quae mihi, uel cuius mea natum fonte leuauit,  
Haec mea commater fieri mea non ualet uxor.  
Siqua meae natum non ex me fonte leuauit,  
Hanc post fata meae non inde uetabor habere.*

CCLXI.

R. 78 Codex chartaceus ital. lat. Sec. XV. Folior. 177. 8. bene scriptus, rubro distinctus, et oblatus Bibliothecae a. 1721. a *Thoma M. Alfano* O. P. de quo pluries mentio, constat piis quibusdam Tractatibus hoc ordine: I. *Maria staua appresso et fora del monumen-*

*to piangendo. et Reliqua. Omelia Origenis. Editores italici Speculi Poenitentiae Jac. Passavantii* O. P. non semel huic Operi *Homiliam* hanc adjecere, quod videretur ejusdem esse interpretis, ut habes in *Paitoni Bibl. degli Aut. antichi volgariz. T. III. p. 40.* At vero Versio Codicis nostri alia est, ut breui specimine docebo.

Editio

*Abbiendo a parlare nella presente solennitate agli orecchi della vostra caritate, dilettissimi miei fratelli, si mi venne in memoria l'amore, per lo quale la Beata Maria Magdalena, amando Giesù Cristo sopr' ogni cosa, andando egli alla Passione, si 'l seguitava, quando i Discipoli per paura fuggivano.*

Non est ad manum Editio *Florentina Passavantii* a. 1725. in cuius Praefatione *Job. Bottarius*, teste *Paitono* supracit. alterius Versio- nis *Homiliae* nostrae, quae *Zenobio Guasconio* pariter O. P. tribui-

Codex

*In la presente sollempnitate volendo inferire a lorechie de la carita vostra fratelli karissimi parole de deuocione et de amore me occorre como la gloriosa Maria magdalena amando el nostro signiore et saluatore Ihesu christo Lo sequitua andando ala morte per nui peccatori fugendo li discipuli.*

tur, Specimina protulit. Video tamen satis apud *Bandinium Cat. Codd. Bibl. Medic. T. V. col. 254.* neque *Guasconianam* Versio- nem esse nostram; illa enim inci- pit: *Dovendo parlare, dilettissimi fra-*